Benedixit populum. Chriſtus fidem ⁊ deuotōem eccleſie cōmēdat patri. qui etiaz ad dexterā patris interpellat p nobis. et tanq₃ verus dauid benedicit. ⁊ ſalutaris myſterij paſcit alimentis.

Et diuiſit vniuerſis. Hec munera fideles accipiūt: qn̄do vnus panis ⁊ vnū corpus multi ī chriſto carnis ſue laſciuiam caſtigantes. ⁊ ſeruituti ſubijcientes ſancti ſpiritus igne decoquunt. ⁊ fructus bonoꝝ opm oleo miſericordie pinguiſſimos cōpaſſione primi feruere faciunt. At cōtra filia ſaul fruſtra cubiculuz regis ingreſſa nō fructificat: q₂ q̄ verbum dei aure ten⁹ percipiunt. ſine boni operis prole moriuntur.

Frixam oleo ſimilam. Carnē a peccati ſale ſcilicet mundiſſimam. ob humane ſalutis cauſam crucis ſartagine toſtam. oleo charitatis plenā. ſic eñ deus dilexit munduz. vt filiū vnigenituz daret. q̄ ex charitate paſſus eſt.

In die illo fe. ⁊c. Quia xp̄s ordinē doctorum ī culmine eccleſiaſtice dignitatis conſtituit. Aſaph enī congregans interpretatur. Aſaph ergo ⁊ fratres eius ſūt apl'i ⁊ apoſtolici viri ad congregandos fideles cōſtituti. d' qbus dicit. Cōſtitues eos p. ſ. o. t. Modum aūt laudatōis quē ipſe dauid compoſuit. ſcriptor hyſtorie inſeruit dicēs: Cōfitemini domino ⁊c.

Cōfitemini dn̄o et. Alleluia huic pſalmo pretitulatum eſt. ⁊ ſm̄ hiero. neutri generis eſt. Allelu. laudate. ia. inuiſibilē deuz ſignificat. qd' eſt vnū de decem dei noībus. ſic in epl'a ad marcellam tradidit hieronimus.

Et dicat omis popul⁹ amē. Gentilis. ſ. qui adhuc īfidelis erat qñ iſte canebat qui tn̄ pphie virtute ītroductus ē vt amore vniuerſitatis diceret.

amen amen .i. fiat fiat
ſicut hodie orantibus
ſacerdotibꝫ reſpondet
amen. vt concordet in
precibus pia ſacerdo-
tum intentio. ⁊ populi
ſana deuotio ſm̄ illud
Amē amē dico vobis
q꞉ ſi duo ex vobis con
ſenſerint ſup terraꝫ ex
omni re quacūqꝫ ꝑ tie
rint. fiet illis ⁊c.

In excelſo qđ
erat in gabaon ⁊c
Alij dicunt taberna cu
lum dei poſtqꝫ filij iſrl
intrauerunt in terram
chanaan primū fuiſſe
in ſylo. deinde ī nobe
poſt in gabaon. tandē
in ſyon. Alij locū eſſe ī
hieruſalem appellatū
gabaon. ibiqꝫ dauid
tabernaculuꝫ ⁊ arcam
collocaſſe. Gabaon ei
collis īterpretatur. Ex
celſum aūt locū dictuꝫ
eſſe exiſtimāt ꝓ digni-
tate diuini cult⁹. Sꝫ
in libro locoꝝ legimus
gabaō metropolim eē
eueoꝝ in tribu benia-
min: ⁊ nūc oſtenditur
villa eiuſdē nomis in
quarto miliario beth-
leē ad occidentē iuxta
rama ⁊ ramon. vbi ſa
lomon hoſtijs immola
tis diuinū meruit ora-
culū. Fuit aūt ſepata
leuitis.

Ut benediceret
Generatōni filioꝝ va
caret. alij ꝑ antifraſim
benedictionē accipiūt.
Domū aūt michol fili
am ſaul quā increpa-
bat dauid. q꞉ deſpexit
eum ſaltantē coraꝫ ar
ca domini.

Et ait nathan ⁊c
Patet ꝙ ꝓphie ſpūs
non ſp ꝓphetarū men-
tes irradiat. Vn̄ heli
ſeus. Dimitte eam q꞉
anima eius ī amaritu
dine eſt. ⁊ dn̄s celauit
a me ⁊c. Qđ diuīa di
ſpenſatōe fit. vt accipi-
entes ſpm̄ īueniāt qđ
de deo fuit ⁊ amittētes
quid de ipſis.

Nō edificabis
Quia vir ſanguinum
es. Debet enī in ſe mū
dus eſſe. qui aliena cor
rigere vult: vt terrena
deſideria fugiat. ⁊ tan
to pſpicacius fugiēda
videat. quāto ipſe hec
ꝑ ſcientiā ⁊ vitā veri⁹ declinat. Suꝑiectas ſordes man⁹ detergere nō va
leret ꝗ lutum tenet. qđ iuxta antique trāſlationis ſeriē. bene ad dauid erga
exteriora bella laborantē ꝑ ſignificationē ⁊ diuina voce dr̄. Non tu edifica

ſ predictū
populus amen. ⁊ hymnū deo. He
reliquit itaqꝫ ibi corā arca federis
dn̄i aſaph ⁊ frēs ei⁹: vt miniſtrarēt
ſ nemo militās deo implicat ſe ſecularib⁹ neg.
in cōſpectu arce iugiter ꝑ ſingulos
ſ ſecundū qualitatē auditoꝝ quiſqꝫ ſua vi
dies ⁊ vices ſuas. Porro obede-
ce miniſtret.
dom ⁊ fratres ei⁹ ſexagintaocto. ⁊
obededom filiū idithun ⁊ oza con
ſtituit ianitores. Sadoch autē ſa-
ſ cōſanguineos
cerdotem ⁊ fratres illius ſacerdo-
tes coraꝫ tabernaculo dn̄i in excel
ſo qđ erat in gabaon: vt offerrent
holocauſta domino ſuꝑ altare ho-
locauſtomatis iugiter mane ⁊ ve-
ſpere: iuxta omnia que ſcripta ſunt
in lege dn̄i quā precepit iſraeli. Et
poſt eum heman ⁊ idithun ⁊ reli-
quos electos vnumquēqꝫ vocabu
lo ſuo ad confitendū domino: qm̄
in eternum miſericordia eius. He
man quoqꝫ ⁊ idithun canentes tu
ba: ⁊ quatientes cimbala ⁊ omnia
muſicoꝝ organa ad canendū dn̄o.
Filios autē idithun fecit eſſe porta
rios. Reuerſuſqꝫ ē omnis popul⁹
in domum ſuā ⁊ dauid. vt benedi-
ceret etiā domui ſue.

C. XVII.

Cum autē ha
bitaret dauid in domo
ſua: dixit ad nathan ꝓphetā. Ecce
ego habito in domo cedrina. arca
aūt federis domini ſub pellibus ē
Et ait nathan ad dauid. Omnia ꝗ
in corde tuo ſunt fac: dn̄s enim te-
cum eſt. Igitur nocte illa factus ē
ſermo dn̄i ad nathan dicens: Ua-
de ⁊ loquere dauid ſeruo meo. hec
dicit dn̄s: Non edificabis tu mihi
domum ad habitandū. Neqꝫ eni
manſi in domo ex eo tempore quo
eduxi iſrael de terra egipti vſqꝫ ad
hanc diem: ſed fui ſemper mutans
loca tabernaculi: ⁊ in tentorio ma
ta nullo iudicū ſibi domū cedrinā edificari iuſſit
nens cum omni iſrael. † Nunquid
qui ꝯtra hoſtes pugnauerūt ⁊ omnes viri ſangui
locutus ſum ſaltem vni iudicū iſra
num fuerūt.
el quibus preceperaꝫ vt paſcerent
populum meū. ⁊ dixi: Quare non
edificaſti mihi domum cedrinam?
Nunc itaqꝫ ſic loqueris ad ſeruuꝫ
meum dauid: Hec dicit dn̄s exer-
cituum. Ego tuli te cum in paſcuis
ſequereris gregeꝫ. vt eſſes dux po
puli mei iſrael. ⁊ fui tecū quocūqꝫ
ꝑrexiſti. ⁊ interfeci omēs inimicos
tuos corā te. feciqꝫ tibi nomē grā-
ſ abraam. yſaac. iacob. moyſi. ⁊ ioſue. quorum
de: quaſi vnius magnoꝝ qui cele
nomina famoſa
brantur in terra. Et dedi locum po
pulo meo iſrael: plātabit̄ ⁊ habita-
bit i. eo. ⁊ vltra nō ꝯmouebit̄. Nec
filij iniquitatis atterēt eos ſicut a
principio ex diebus quibus dedi
iudices populo meo iſrael: ⁊ humi
liaui inimicoſ tuos vniuerſos. An
nūcio tibi ergo ꝙ edificaturus ſit
tibi dn̄s domum. Cumqꝫ impleue
ris dies tuos. vt vadas ad patres
ſ dauid germen iuſtū
tuos: ſuſcitabo ſemē tuum poſt te
quod erit de filijs tuis. ⁊ ſtabiliam
ſ regni eius nō erit finis     ſ de viuis lapidibus
regnum eius. Ipſe edificabit mihi
domum: ⁊ firmabo ſoliū eius vſqꝫ
in eternum. Ego ero ei in patrē. et
ipſe erit mihi in filium. ⁊ miſericor
diam meā nō auferam ab eo. ſicut

bis mihi templum: q꞉ a
vir ſanguinū es. Tem
plum dn̄i edificat. qui
corrigendis ꝓximoꝝ
mentibꝫ vacat. Tēplū
dei ſumus ꝗ ad veraꝫ
vitā ex eius habitatōe
ꝯſtituimur. Unde tē
pluꝫ dei ſanctū eſt qđ
eſtis vos. Uir ſangui
num tēplū dei nō edi
ficat. Qui enī adhuc
carnalibus īcubat. ne
ceſſe ē vt inſtruere ꝓxi
moꝝ mētes erubeſcat.

Nec filii ini. ⁊c.
Hoſtes alienigene ꝑ
īterualla tempoꝝ ſicut
olim prius pax. modo
bellū. Inueniunt̄ tam̄
ibi ꝓlixiora tp̄a pacis
q̄m ſalomon habuit.
Sub aboth ei octua
ginta anni pacis fuerī
Abſit ergo vt de ſalo
mone hec accipiant̄.

Cumqꝫ ipleue
riſ ⁊c. ſuſcita. ſe. ⁊c.
Salomō aūt regnan
te patre regnare cepit.
qđ nulli illoꝝ regū ꝯti
git vt ipm̄ nō eē appa
reat quē ꝓphia iſta ꝓ
ſignat. xp̄s vero veru
pacificus poſt mortem
dauid vere regnauit.

Aug. Hāc ꝓmiſſi
onē ꝗ putat in ſalomo
ne ꝯpletam errat. At
tendat qđ dictū ē. hic
edificabit mihi domū
ꝗa ſalomō nobile tem
pluꝫ extruxit. ⁊ non at
tendit qđ dicit̄. fidelis
erit domuſ eius ⁊c. At
tēdit ergo ſalomonis
domū plenā mulieribꝫ
alienigenis colentibꝫ
deos falſos. ⁊ ipm̄ re
gem quondā ſapientē
ad eandē ydolatriam
ſeductum. Nec aude
at eſtimare deū. vel ſm̄
mendaciter dixiſſe. vel
ꝓmiſiſſe. ⁊ talē ſalomo
nis domum nō ꝑfeciſſe.
In xp̄o aūt ꝗ fact⁹ eſt
ex ſemīe dauid ſm̄ car
nem. videm⁹ iſta ꝯple
ta: non aliū querimus
ſic iudei. Ipſi enī hūc
filiū dauid ꝓmiſſuꝫ
ſalomonē nō ītelligūt
ſed eo ꝗ ꝓmiſſus eſt
declarato. aliū ſe ſpare
dicunt. Preceſſit qui
dem aliqua imago rei
future in ſalomone: ꝗ
tēpluꝫ edificauit ⁊ ſm̄
nomē ſuum pacem ha
buit: ⁊ in exordio regni ſui laudabilis fuit.

Edificabit mihi do. Domū. i. eccleſiā. domus dauid ꝓpter genus
domū dei. ꝓpter templū dei de hoīb⁹ factū nō de lapidibꝫ. vbi populus

in ęternū habitet cum deo ⁊ in deo. ⁊ deꝰ cū populo ⁊ i pplo. Ideo cū ſm ſeptuaginta dictum ſit ꝑ nathā. ⁊ nū ciabit tibi dn̄s q̄m domū edificabis ipſi. poſtea ꝑ dauid dicitur: Quoniā tu deus iſrł reuelaſti aurē ſerui tui dicēs: Domū edificabo tibi. Hanc enī domum ⁊ nos edificamꝰ bene viuendo. ⁊ deus iuuando. Vnde niſi dn̄s edificauit domū in vanū laborauerunt qui edifi. eam.

Et thronus eiꝰ erit fir. Hyperbolice de filio yſai accipi p̄t. At vero xp̄s qui de ſemine dauid natus ē exaltatꝰ ē ſuꝑ omnē prīcipatū ⁊ ptātem ⁊ virtutem: cui pater donauit nomē qđ ē ſuꝑ omne nomē. ut in noīe ihe ſu omne genu flectat.

C. XVIII.

Et filias eius. Minores ciuitates ad metropolim ꝑtinentes quinq̄ enim erāt inſignes ciuitates philiſtinorum. azotus. gaza. aſcalon. geth. ⁊ acharon. Que q̄ in terra promiſſionis erāt. ⁊ fi

abſtuli ab eo qui ante te fuit. Et ſtatuam eum in domo mea. ⁊ regno meo vſq̄ in ſempiternū: ⁊ thronꝰ eius erit firmiſſimus in perpetuū. Iuxta omia verba hęc. ⁊ iuxta vniuerſam viſionē iſtam: ſic locutus ē nathan ad dauid. Cumq̄ veniſſet rex dauid. ⁊ ſediſſet corā domino. dixit: Quis ego ſum domie deus ⁊ quę domꝰ mea: vt pręſtares mihi talia? Sed ⁊ hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo. Ideoq̄ locutus es ſuꝑ domum ſerui tui etiā in futurū: ⁊ feciſti me ſpectabilē ſuꝑ omnes hoies domie deus meus. Quid vltra addere pōt dauid: cū ita glorificaueris ſeruū tuum. ⁊ cognoueris eum. Dn̄e propter famulum tuum iuxta cor tuū feciſti omnem magnificentiā hanc: ⁊ nota eē voluiſti vniuerſa magnalia. Dn̄e non eſt ſimilis tui: ⁊ non eſt alius deus abſq̄ te ex omnibꝰ quos audiuimꝰ auribus noſtris. Quis enī

(christianus)

eſt alius vt populus tuus iſrael? (hō factus) gens vna in terra ad quā perrexit (a poteſtate diaboli) (acceptabilē) deus vt liberaret ⁊ faceret populū (miraculis) ſibi ⁊ magnitudine ſua atq̄ terro(al. nationes)ribus eijceret gētes a facie eiꝰ quē (ſpūali) de egypto liberarat? Et poſuiſti populum tuum iſrael tibi in populum vſq̄ in ęternū: ⁊ tu domine factus es deus eius. Nunc igiť dn̄e ſermo quē locutus es famulo tuo ⁊ ſuꝑ domū eius confirmeť in perpetuū. ⁊ fac ſicut locutus es famulo tuo. permaneatq̄ ⁊ magnificeť nomē tuum vſq̄ in ſempiternū. et dicatur: dn̄s exercituū deus iſrael ⁊ domus dauid ſerui eius: perma

(alias corā)

nens cum eo. Tu enim dn̄e deus (cordis interioris)

meus reuelaſti auriculam ſerui tui

(progeniē. ſ. multiplicādo. ideo dediſti ei fiduciam loquēdi de te ⁊ gloriā tuam p̄dicare)

vt ędificares ei domū: ⁊ idcirco inuenit fiduciam vt oraret coram te. Nunc ergo dn̄e tu es deus. ⁊ locutus es ad ſeruū tuum tanta beneficia: ⁊ cępiſti benedicere domui ſerui. vt ſit ſemꝑ coram te. Te enī benedicēte benedicta erit in ꝑpetuū.

C. XVIII.

Factum eſt aūt poſt hęc vt ꝑcuteret dauid philiſtijm ⁊ humiliaret eos. et tolleret geth ⁊ filias eius de manu philiſtijm: percuteretq̄ moab ⁊ fie

(† de chriſto aūt diciť adorabunt eū omnes reges terre.)

rēt moabitę ſerui † dauid offerētes ei munera. Eo temꝑe percuſſit da

(† ciuitatē ſyrie ꝑtinentē ad emath metropolim q̄ ⁊ epiphania. q̄ aūt dauid ſiriā vaſtauerit ioſephꝰ oſtendit.)

uid adadezer regē † ſoba regionis emath. quando perrexit vt dilataret imperium ſuū vſq̄ ad flumen eufraten. Cepit ergo dauid mille quadrigas eius ⁊ ſeptē milia equitum. ac viginti milia viroꝝ peditū. Subneruauitq̄ omēs equos currū exceptis centū quadrigis q̄s reſeruauit ſibi. Superuenit autē ⁊ ſyrus damaſcenꝰ. vt auxilium pręberet adadezer regi ſoba: ſ; ⁊ huiꝰ percuſſit dauid vigitiduo milia virorum. Et poſuit milites in damaſco. vt ſyria quoq̄ ſeruiret ſibi. et offerret munera. Adiuuitq̄ eū dominꝰ in cūctis ad q̄ ꝑrexerat. Tulit (christus) quoq̄ dauid pharetras aureas q̄s habuerāt ſerui adadezer: ⁊ attulit eas in hieruſalē. Nec non ⁊ de thebath ⁊ chun vrbibꝰ adadezer ęris plurimū: de quo fecit ſalomon mare ęneū ⁊ columnas ⁊ vaſa ęnea.

Iſti iſrael ꝯputate erāt ſed ab eis vſq̄ ad dauid minīe poſſeſſę imo ſępe cogebant iſrł ſibi ſeruire. Dauid aūt humiliauit eas ⁊ fecit tributarias. Hę quinq̄ ciuitates. quinq̄ ſenſus corporis ſignificāt q̄ regnāte in nobis vetuſtate. varijs tormentis nos affligunt. Sꝫ cū verꝰ dauid regnat in nobis fiunt tributarij: ⁊ caro cogitur ſeruire ſpiritui.

Adadezer. Qui interpretatur decorū auxiliū. rex ſoba qui interpretatur incenſa vel ꝯuertens ſignat gentilitatis vicia naturali feruore accenſa. cōtra quē chriſtus ꝯfligit et vincit gladio ſpūs qđ eſt verbum dei.

Subneruauit q̄ omēs. Subneruat chriſtus repugnātem ſibi ſuꝑbia mūdi altitudinē humanę ſapientię. qđ tamē oportunum ⁊ aptū predicationi repperit reſeruat ſibi.

In damaſco. Damaſcus nobilis ciuitas phenicis, ſanguinis poculū interpretať. Siria ſublimis vł humecta. Gentilitas enī prius libidine fluida ⁊ ſpū ſuꝑba ſanguinem humanū ſitiebat: nūc baptiſmate chriſti mūdata profectu virtutū exaltata ſanguīs eius poculū deſiderat.

Pharetras ⁊c. Dogmata gentilium quibꝰ diſciplinę liberales ꝯtinenť q̄s xp̄s gētilitate abſtulit. ⁊ i ſeruitium eccleſię ꝯuertit. ꝓſunt enī ad expugnationē erroris ⁊ ꝯfirmationē veritatis.

Salomon ⁊c. Quia ergo rex noſter pacificuſ vetuſtatē eloqūtōnis de humilitate euerſę gentilitatis ad emūdandā gratiā baptiſmi ⁊ firmamentū fi dei ꝑ p̄dicationem pꝰ dogmatiſ in uſū eccleſię ꝯuertit: Thebath enī interpretať ꝑuulus venit. ⁊ chun pulcritudo. Qui enim ꝑuulum ſe agnoſcit. pulcher ⁊ ſpecioſus in decore virtutum efficiť.

In valle ſalinarum. In regū ita ſcriptū eſt. fecit ſibi dauid nomen cū reuerteretur capta ſyria in valle ſalinarum. ceſis decem octo millibꝫ. q꞉ ſ. erexit ſibi fornicem triūphalem. fecit etiā ſibi nomē q꞉ victa ſyria damaſci ꝛ ſyria ſobal alterum erexiſſe dicit᷑.

Decem et octo millia. In q̇buſdaꝫ aūt codicibus inuenit᷑ dauid nō vigintiocto milia in valle ſalinarū occidiſſe. qđ vicio ſcriptorū factū eſt. Ioab vero duodecim milia pſtrauit ſicut in titulo lviij. pſ. ſcribitur. hic aūt decem ꝛ octo abyſai īterfeciſſe ꝓhibetur ſ꞉ p dignitate regia aſcripta ē dauid victoria. Et q꞉ xp̄us examinis ſuī diſtrictōe ī his q̇ de eo praua ſentiunt ſtulticiā inmoderati ſaporis extiguit. Vnde qui vertit linguā ſuā incidit in malū.

Achimelech. Id eſt frater meꝰ rex. qui in regnꝫ abimelech. i. pater meus rex. eccleſie ſacerdotes inſtruit: ut q̇ p ordinē dingnitatis patris tenent locū per hūilitatē fratres cenſeantur nō dominentur in clero.

Pheleti. Admirabiles vel viuificatores. quos quidā dicūt fuiſſe ſeptuagīta iudices more eoꝝ q̄s moyſe dn̄o ꝑcipiente in heremo elegit. Filij dicunt cerethꝫos ad hoc dputatos. vt reos punirēt phelethꝫos vere vt inſontes defenderent

Porro filii dauid. Filij dauid. id ē xp̄i ſunt fideles. quos ei ſancta parit eccleſia qui ſunt genus electū regale ſacerdotiū. pmi ad manū regis. q꞉ bonis operibꝫ merēt᷑ ſibi regnū celi. tanto deo viciniores quāto ſanctiores

Anon. qui interp̄tatur dolor eoꝝ. ſignificat dyabolū. q̇ āmonitaꝝ. i. demonum rector eſſe videt᷑. ꝑpli ſcꝫ meroris. ꝛ in anguſtia ꝯſtituti. hic radit dimidiam barbam nunciorum dauid ꝑdicatoꝝ

Qđ cum audiſſet thou rex emath
ꝑcuſſiſſe. videlicet dauid omnē ex
ercituꝫ adadezer regis ſoba: miſit
aduram filiū ſuum ad regē dauid:
vt poſtularet ab eo pacem. ꝛ cōgra
tularetur ei eo ꝙ expugnaſſꝫ ꝛ per
cuſſiſſet adadezer. Aduerſariuſ q̇p
† ſ chriſtus oēs quos de gentibus vocat alios ſen
pe erat thou rex adadezer† Sed ꝛ
ſu predaros. alios eloquentia ſplendidos. alios predicatione ſonoros ſanctificat domino ut in ta
omnia vaſa aurea ꝛ argētea ꝛ enea
bernaculo eius fideliter ſeruiant. ſ uel cum
conſecrauit dauid rex domino. et
ſ uel to. ſ uel ro.
argentū ꝛ aurum qđ tulerat rex ex
vniuerſis gentibus: tam de ydu
mea et moab ꝛ filijs ammon q̄ꝫ de
philiſtijm et amelech. Abiſai vero
ſ ſicut uir fortiſſimus.
filius ſaruię ꝑcuſſit edom in valle
ſalinarū decem ꝛ octo milia. ꝛ con
ſtituit in edom ꝑſidiuꝫ: vt ſeruiret
ydumea dauid. Saluauitq꞉ dn̄s
dauid in cunctis ad q̄ perrexerat.
Regnauit ergo dauid ſuper vni
uerſum iſrael et faciebat iudicium
atq꞉ iuſticiam cuncto populo ſuo.
Porro ioab filius ſaruię erat ſup
exercitū: et ioſaphat filiuſ abiluth
† ſ acōmētariis. i. cōmemoratores fuerunt qui cauſas annotatas regi ad memoriam reducebant
†acōmentarijs. Sadoch aūt filiuſ
† ſ frater meus rex. ſ qui in regū abimelech. i. pater meus rex.
achitob ꝛ† achielech filiꝰ abiathar
† ſ qui in regū ſaraia. interpretatur aūt ſuſa gaudium. ſaraia pricipes domini.
ſacerdotes: et†ſuſa ſcriba. Banani
as quoq꞉ filius ioiade ſuper legio
ſ exterminatores. † ſ in regū legit᷑ uel ſcri
nes cerethi et pheleti.† Porro filij
ptū eſt. q꞉ filii dauid ſacerdotes erant. ſꝫ et hic primi et illic ſacerdotes dicūtur ꝓpter nobilitatem et priorꝫtum.
dauid primi. ad manum regis.

C. XIX.

Accidit aūt ut
† ſ quē primū expugnauit ſaul ī defenſione iabes. galaad. ꝛ q꞉ inimi
moreretur†naaſ rex filio
cus ſaul erat dauid gratiaꝫ preſtabat quando ad ſe ueniebat.
rum ammon: ꝛ regnaret anon filiꝰ
eius pro eo. Dixitq꞉ dauid: Faciā
miſericordiā cum anon filio naas
Preſtitit eni pater eius michi mi
ſericordiā. Miſitqꝫ dauid nūcios
ad conſolandū eum ſuper morteꝫ
patris ſui. Qui cū perueniſſent in
terram filioꝝ ammon vt cōſolarē
tur anon. Dixerūtqꝫ principes fili
orum ammon ad anon: Tu forſitā
putas ꝙ dauid honoris cauſa in
patrem tuū miſerit qui conſolaren
tur te: nec aniaduertis. ꝙ vt explo
rent et inueſtigent et ſcrutent᷑ terrā
tuā venerint ad te ſerui eius. Igit᷑
anon pueros dauid decaluauit et
† ſ In regum ſcriptum eſt ꝙ raſit dimidiam par
raſit.† Et preſcidit tunicas eorū a
tem barbe eorum. ꝛ preſcidit veſtes medias vſqꝫ
natibꝰ vſqꝫ ad pedeſ: ꝛ dimiſit eoſ
ad nates. ſed nōdum diuerſum: quia quod hic de
Qui cū abijſſent et hoc mādaſſent
eſt ibi habetur.
dauid: miſit in occurſū eoꝝ. Gran
dem eni cōtumeliam ſuſtinuerunt
et ꝑcepit vt manerent in hiericho
donec creſcerꝫ barba ꝛ capilli eorū
et tunc reuerterētur. Uidētes aūt
filij āmon ꝙ iniuriam feciſſent da
uid. tam anon q̄ꝫ reliquꝰ populuſ.
miſerunt mille talenta argenti. vt
ꝯducerent ſibi de meſopotamia et
de ſyria maacha et de ſoba curru s
et equites. Conduxerūtqꝫ triginta
duo milia curruū: et regē maacha
cū populo eius. Qui cū veniſſent
caſtrametati ſūt e regiōe medaba.
Filij quoqꝫ ammon ꝯgregati ſunt
de vrbibus ſuis. venerunt ad bel
lum. Quod cū audiſſet dauid: mi
ſit ioab et omnē exercitū virorum
fortiū. Egreſſiqꝫ filij ammon dire
xerunt aciem iuxta portam ciuita
tis. Reges aūt qui ad auxiliū eiuſ
venerant: ſepatim in agro ſteterūt
Igitur ioab intelligēs bellum ex

Sermonē vel cōuerſationē maculādo. preſcidit tunicas vſq꞉ ad genua vel inguina. cum turpia facta q̄ perſuaſerat ī ocul᷑ hoīm reuelat. hi ſedēt in hierico donec creſcant barbe eoꝝ opprobriū. ſ. ꝛ ignominia alioꝝ. ꝛ effecti anathema oīm donec per bonū ſtudium barbaꝝ. i. ꝟtutū ſpēs renaſcātur vt ꝑſentia regis ſui digni habeantur. cuius vultus ē ſuper faciētes mala. vt perdat de terra memoriam eorum.

aduerſo et poſt tergum ꝯtra ſe fieri elegit viros fortiſſimoſ de vniuerſo iſrael: et perrexit contra ſyrum. Reliquã autẽ partẽ populi dedit ſub manu abyſai fratris ſui: et perrexerũt ꝯtra filios ammon. Dixitq;. Si vicerit me ſyrꝰ: auxilio eris michi. Sin autẽ ſupauerint te filij ammon: ero tibi in pſidiũ. Cõfortare. ⁊ agamus viriliter pro populo noſtro: et pro vrbibus dei noſtri. Dominus autẽ qđ in cõſpectu ſuo eſt bonũ faciat. Perrexitq; ioab et populus qui cum eo erat cõtra ſirum ad prelium: et fugauit eos. Porro filii ammon vidẽtes quod fugiſſet ſyrus. ipſi quoq; fugerũt abyſai fratrem eius: et ingreſſi ſũt ciuitatem. Reuerſuſq; eſt etiã ioab in hieruſalẽ. Uidens autẽ ſyrus quod cecidiſſet corã iſrael: miſit nũcios et adduxit ſyrũ qui erat trans fluuium. Sophat aũt princeps militię adadezer erat dux eorum. Qđ cũ nunciatũ eſſet dauid. congregauit vniuerſum iſrael. ⁊ tranſiuit iordanẽ. irruitq; in eos. et direxit ex aduerſo aciẽ illis ꝯtra pugnantibuſ. Fugit aũt ſyrꝰ iſrael. Et interfecit dauid de ſyris ſeptẽ milia curruũ et quadraginta milia peditũ: et ſophat exercitus principẽ. Uidẽtes aũt ſerui adadezer ab iſrael ſe eſſe ſuperatoſ: ad dauid tranſfugerũt. ⁊ ſeruierũt ei. Noluitq; vltra ſyria auxilium prębere filijs ammon.

C. XX.

Factum eſt aũt
 *in hebreo*
poſt anni circulũ eo tem
 *quo reges ad bella proceſſerant contra dauid.*
pore quo ſolent reges ad bella procedere. congregauit ioab exercitum et robur militię: ⁊ vaſtauit terram filiorum ammon. Perrexitq;
 *† .i. ciuitas regni ammon que nunc philadelphia dr̃ interpretatur aũt rabbath multi. q: multi veniẽt ab oriente et occidente. et recũbent cum abraam yſaac et iacob in regno celorum.*
et obſedit †rabbath. Porro dauid manebat in hieruſalẽ quãdo ioab percuſſit rabbath: et deſtruxit eã.
 *† .i. ydoli qđ interpretatur rex eorũ.*
Tulit aũt dauid coronã †melchon de capite eius. ⁊ inuenit in ea auri pondo talentum. ⁊ pręcioſiſſimaſ gẽmaſ: fecitq; ſibi inde dyadema.
 *.i. ſpolia.*
Manubias quoq; vrbis plimas tulit: populũ aũt qui erat in ea eduxit. ⁊ fecit ſuper eos tribulos ⁊ trahas et ferrata carpẽta tranſire: ita vt diſſecarent et ꝯtererent. Sic fecit dauid cunctis vrbibus filiorũ ãmon: et reuerſus ẽ cũ oĩ populo ſuo in hieruſalem. Poſt hęc initũ
 *† .i. in regnũ gob. id ẽ. lacus vel locuſta. gazer aũt ordinatio. q: ſicut locuſte herbam ita filii araphe delebant filios iſrael.*
eſt bellum in †gazer aduerſus philiſteos: in quo percuſſit †ſobochai
 *† .i. qui apud ioſephum ſabuch etheus dicitur.*
 *† .i. in regnũ de ſtirpe arapha. q: filii erãt orphe nurus noemi de terra moab.*
vſathitheſ ſaphai ð genere †raphaim: ⁊ humiliauit eos. Aliud bellũ quoq; geſtũ eſt aduerſus philiſteos: in quo pcuſſit adeodatus filiꝰ ſaltus bethleemites fratrem goliath gethęi: cuius haſtę lignũ erat quaſi liciatoriũ texentiũ. Sed ⁊ aliud bellũ accidit in geth. in quo fuit hõ longiſſimꝰ hñs digitos ſenoſ id eſt. ſimul vigintiquattuor. q̃ et ipſe de raphaim fuerat ſtirpe generatus. hic blaſphemauit iſrael: ⁊ percuſſit eũ ionathan filiꝰ ſamaa fratris dauid. Hi ſunt filij raphaim in geth qui ceciderunt in manu dauid et ſeruorum eius.

C. XX.

C. XX.
Cõgregauit ioab exer. Ioab bellũ inchoauit. dauid perfecit. Xp̃s enim bellum agit cũ pdicatorũ ordo cõtra mundi potentes ſcutũ fidei opponit. ſz finis certaminis ⁊ triũphus ad xp̃m refertur qui operatur in nobis velle ⁊ perficere. Qui coronã quã dyabolo abſtulit ſibi aptauit. fideleſ. ſ. q̃. quaſi corona eum ambiunt. Unde benedices coronę anni benignitatis tuę.

Coronã fecitq; ſibi dia. quia conflãdo purgauit ſcđm legem. Tradunt autem hebrei (q: illicitũ erat homĩ iudeo de ydolis aliquid auri vel argenti accipere. q: lex ydolatriam vetat) ethai etheum (q̃ de philiſteis ad dauid venerat) coronã de capite melchon rapuiſſe: vt liceret iudeo de manu hominis capere qđ de capite ydoli non licebat.

Bellum. Notandum quod in palipo. tria bella dauid principaliter legũtur. In regum quattuor. Ibi enĩ q̃rtũ bellũ ẽ. vbi dauid contra philiſteos pręliante ieſbidenob. qui fuit de genere arapha cuiꝰ haſta. ccc. vncias appẽdebat ⁊ accinctus erat enſe nouo. niſus eſt percutere dauid. pręſidio fuit ei abyſai filiꝰ ſaruię. et percuſſũ philiſteum interfecit. Sz ⁊ tres ſũt diſtinctioneſ temporum preteritũ. pręſens. ⁊ futurm. ⁊ quattuor viciſſitudĩes. vereſtas. autumnus. hyems. Et bellum chriſti omni tẽpore vitę ꝯtra viſibiles vl' inuiſibiles hoſtes agitur ĩ mẽbris ſuis. ⁊ triũphat in ipſo. Unde. In deo faciemus virtutes. ⁊ ipſe ad nichilũ deducet tribulantes nos.

Sed et aliud bellũ ac. in geth. In regum ita tercium fuit in gob contra philiſteos. in quo pcuſſit adeodatus filius ſaltꝰ polumitanꝰ bethleemites goliad gethęum ⁊c. Gob lacus iterptatur q: ſicut ĩ lacũ leonum miſit ſe dauid contra goliã. q̃ ẽ adeodatus id ẽ in regnum electuſ filius ſaltus. in quo .ſ. oues paſcebat. polimitarius. quia de genere beſeleel fuit mater eiꝰ bethleemites. q: ð bethleẽ in q̃ panis eã ruth boos nota eſt. Unde locus domꝰ panis vocatꝰ eſt. Qđ adeodatus ipſe dauid ſit. patz vbi dr̃: Hi nati ſunt ð arapha in geth. ⁊ ceciderũt ĩ manu dauid et ſeruorum eiꝰ. Hebrei vero arapham matrẽ gigantiũ orphã nurũ noemi arbitrantur.

Et inuentus eſt omis nu. iſ. mille milia. In regũ ita ꝑ inuenta ſunt ꝺ iſrael octingenta milia viroꝝ fortiũ ⁊ ꝺ iuda quiquagita milia pugnatoꝝ. Aſſerũt autẽ hebꝛei hũc numeꝝ ab ioab inuẽtũ ẽẽ. ſed ſcriptorem voluiſſe oſtendere niſi quãtum i ſamuelis libꝛis ſcribitur. in quo tñ ꝯcedi ſuꝑſtites ꝯtinentur.

Et percuſſit iſrael. Moꝛtẽ q̃ primum cã peccati venit. h̃ i populo graſſata eſt. quia ſepe ꝓ malo gregis delinquit vita paſtoris. Tumoꝛe elatuſ dauid ꝓpl'm numerãdo peccauit. et populus penaꝫ ſuſcepit. q: ſcd'm merita plebiuꝫ diſponunt' corda rectoꝝ. Iuſtus ꝓo iudex ex ipſoꝝ animaduerſione coꝛripuit peccantis vicium. et quoꝝ cã peccauit. Sꝫ q: volũtate ſua ſuperbiẽs a culpa alien⁹ nõ fuit: vindictã culpe ſuſcepit. Ira eñ q̃ coꝛpaliter populũ ꝑculit rectoꝛẽ cordis doloꝛe ꝓſtrauit.

Peccaui nimis. In regũ ita. Peccaui valde i h̃ facto. Sed ꝓcoꝛ dñe. vt trãſferaſ iniquitatẽ ſerui tui. q: ſtulte egi. In quo notandũ ẽ. q: dauid numerando populuꝫ offendit. q: legis ꝓcepta non obſeruauit. In libꝛo eñ numerorum ꝓcipit dñs moyſi. Tollite ſummã filioꝝ iſrael ꝑ cognatões ſuas. q̇d quid ſeruſ ẽ maſculini a viceſimo anno et ſupra ⁊c. Quia vero dauid generaliter omneſ iuſſit numerari incurrit indignatõꝫ dei. In exodo quoq; ait dñs moyſi. Qñ tuleris ſũmã filioꝛum iſrael iux͂ numerum. dabunt ſinguli ꝓciũ dño ꝓ aĩabus ſuis ⁊c. hoc oblitus facere dauid deuꝫ offendit.

Conſurrexit

autẽ ſathan contra iſrl'. ⁊ icitauit dauid vt numeraret iſrl'. Dixitq; dauid ad ioab ⁊ ad principes populi: Ite ⁊ numerate iſrael a berſabee vſq; dan: ⁊ afferte mihi numerum vt ſciam. Reſponditq; ioab: Augeat dñs populum ſuum centu pluꝫ q̃ ſunt. Nõne domine mi rex omnes ſerui tui ſunt? Quare hoc querit dñs me⁹ qꝺ i peccatũ reputetur iſrael? ſed ſermo regis magis preualuit. Egreſſuſq; eſt ioab. ⁊ circumiuit vniuerſum iſrael: ⁊ reuerſus ẽ hieruſalẽ. Deditq; dauid numerũ eoꝝ quoſ circũierat. ⁊ inuentus eſt omnis numerus iſrl' mille milia. ⁊ centum milia viroꝝ educentiũ gladiuꝫ. De iuda autẽ quadꝛigentaſeptuaginta milia bellatoꝛum. Nã † leui et ‡ beniamin ñ numerauit. eo ꝙ inuituſ exequeretur regis imperium. Diſplicuit aũt deo qꝺ iuſſum erat: et percuſſit iſrl'. Dixitq; dauid ad deum. Peccaui nimis vt hoc facerez. Obſecro aufer iniquitatem ſerui tui: q: inſipiẽter egi. Et locutus eſt dñs ad gad videntem dauid dicẽs: Vade ⁊ loquere ad dauid ⁊ dic ei. Hec dicit dominuſ. Trium tibi optionẽ do: vnũ qꝺ volueris elige ⁊ faciã tibi. Cũq; veniſſet gad ad dauid. dixit ei: Hec dicit dñs: Elige qꝺ volueris: aut tribus annis peſtilentiam aut tribus mẽſibus fugere te hoſtes tuos: et gladiũ eoꝝ nõ poſſe euadere. Aut tribus diebus gladium dñi ⁊ moꝛtẽ verſari in terra: et angelũ domini interficere i vniuerſis finibus iſrael. Nũc igitur vide q̇d reſpondeã ei qui miſit me. Et dixit dauid ad gad. Ex omni ꝑte me anguſtie premunt. Sed melius ẽ mihi vt incidam i manus domini. q: multe ſunt miſeratões eiuſ: q̃ in manus hoim. Miſit ergo dominus peſtilẽtiaꝫ i iſrael: et ceciderũt ꝺ iſrael ſeptuaginta milia viroꝝ. Miſit quoq; ãgelũ i hierl'm vt † ꝑcuteret eã. Cũq; ꝑcuteret. vidit dñs ‡ ⁊ miſert⁹ ẽ ſuꝑ magnitudinẽ mali ⁊ ipauit ãgelo q̇ ꝑcutiebat. ſufficit: iã ceſſet man⁹ tua. Poꝛro ãgel⁹ dñi ſtabat iuxta areã † hoꝛnam iebuſei. Leuãſq; dauid oculos ſuos. vidit ãgelũ dñi ſtantẽ iter celũ ⁊ terrã. ⁊ euaginatũ gladiũ i manu ei⁹ ⁊ verſũ cõtra hieruſalẽ: ⁊ ceciderũt tã ipſe q̃ maiores natu veſtiti cilicijs ꝓni i terrã. Dixitq; dauid ad deũ. Nõne ego ſũ qui iuſſi vt numeraret populuſ? Ego q̇ peccaui. ego q̇ malũ feci: iſte grex quid cõmeruit? Dñe deuſ meuſ vertat' obſecro manus tua i me ⁊ i domũ patris mei: populuſ aũt tuuſ nõ ꝑcuciat'. Angelus aũt domini precepit gad vt diceret dauid: vt aſcẽderet ‡ extrueretq; altare dño deo i area hoꝛnaꝫ iebuſei. aſcendit dauid ergo iuxta ſermonem gad: quẽ locutus ei fuerat in monte dñi. Poꝛro hoꝛnan cum ſuſpexiſſet ⁊ vidiſſet angeluꝫ. quatuoꝛq; filij eius cũ eo: abſconderunt ſe. Nã eo tempoꝛe terebat i area triticum. Igitur cum veniret dauid ad hoꝛnam. conſpexit eum

Interlinear glosses: † ſ pro dignitate ſacerdotii ‡ ſ quia nuper vſq; ad internitionem pene coꝛruerãt — † ſ diuerſis et occultis infirmitatibus. ‡ ſ ſadoch vt aiunt ſacerdote pro populo oꝛante. — † ſ areuna iebuſei. areuma eñ area interpꝛetatur et hoꝛna latine reſonat lumen nobis. — ‡ ſ hec eſt hieruſalem.

c

Et dixit dauid. Si famẽ eligeret contra alios facere videret'. q: hñs multa frumẽta iopiã cũ alijs nõ pateret'. Si vinci ab hoſtibus per tres mẽſes eligeret: hñs ipſe circa ſe viros foꝛtiſſimos nihil metueret cũ exercitus neci ſubiaceret. Cõmuneꝫ ergo ſibi et alijs paſſionẽ elegit. i qua timoꝛ omibuſ ẽẽt equalis.

Septuaginta milia viroꝝ. Capita tñ plebis ⁊ ſeniores numerati ſunt. Ceterũ ꝺ oñi populo tot milia iterfecta hebꝛei affirmãt. quot milib⁹ numeruſ in ꝑalipoñ. ſcriptuſ numeꝝ q̇ in regũ ẽ excedit. Aiũt eñ ꝙ in ꝑal'. ⁊ qui remanſerant ⁊ qui interfecti ſunt numerati ſunt. In regum vero tantũ modo viui.

Extrueretq; altare. Hñ dauid cum dñm placare vellet altare iubet' i area areume. vel hoꝛne. cõſtruere. quia non placatur deuſ ab homĩe. niſi in arca cordis per lumẽ recte fidei et vere dilectõnis cõſtituat illi altare humilitatiſ. i quo offerat ſacrificium laudis.

hornā ꝛ proceſſit ei obuiā d' area: ꝛ adorauit illum pronus in terrā. Dixitqȝ ei dauid: Da mihi locum areę tuę vt ędificem in ea altare do mino ita vt quantum valet argen ti accipias: ꝛ ceſſet plaga a populo. Dixit aūt hornan ad dauid: Tolle ꝛ faciat dn̄s meus rex qđcunqȝ ei placet. Sed et boues do in holo cauſtum ꝛ tribulas in ligna ꝛ triti cum in ſacrificiū: omnia libens p̄ beo. Dixitqȝ ei rex dauid. Nequa q̄ ita fiet: ſed argentum dabo quā tuȝ valet. Neqȝ em̄ tibi auferre de beo: ꝛ ſic offerre domino holocau ſta gratuita. Dedit ergo dauid hor nan pro loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcētos: ꝛ ędificauit ibi altare domino: obtulitqȝ holocau ſta ꝛ pacifica ꝛ inuocauit dn̄m: et

† ſub moyſe dauid ſalomone ꝛ helia ſuper altare deſcendit ignis de celo ſub manue aūt angelus

exaudiuit eum in † igne d' cęlo ſup

de petra flamā eduxit.

altare holocauſti. Pręcepitqȝ do minus angelo: et ꝯuertit gladiū ſu um in vaginam. Protin' ergo da uid videns q exaudiſſet eum dn̄s i area hornan iebuſei: immolauit ibi victimas. Tabernaculū autem domini qđ fecerat moyſes i deſerto ꝛ altare holocauſtorū ea tēpeſtate

† ſicut preceptū ē in lege. ſed ſpaciū illuc eundi

erat i excelſo gabaon: ꝛ nō † pręua

nō habuit vel forſitā i mēte ei non occurrit.

luit dauid ire ad altare vt ibi obſe craret dominū. Nimio em̄ fuerat

† plagam mortis illatā miſterio angeli ſicut in

timore pterrit' vidēs † gladium āgeli

egipto factum eſt.

domini.

C. — XXII.

Dixitqȝ dauid

Hec ē domus dei: ꝛ hoc

hunc putauit eē locum in quo abraam pro filio arietem immolauit.

altare in holocauſtū iſrl'. Et pręce pit vt congregarentur omes proſe liti de terra iſrael: ꝛ cōſtituit ex his lathomos ad cędendos lapides ꝛ poliendos: vt ędificaretur domus

vel ꝛ ei.

domini. Ferꝛ quoqȝ pliſſimū ad cla ues ianuaꝝ ꝛ ad cōmiſſuras atqȝ iūcturas p̄parauit dauid: ꝛ eriſ pō d' inumerabile. Ligna quoqȝ ce drina nō poterāt eſtiari: q̄ ſidonij ꝛ tirij d'portauerāt ad dauid. Et di xit dauid. Salomō fili' meus puer puul' ē ꝛ delicatus. Domus āt quā ędificare volo domino tal' eſſe debȝ vt in cunctis regionibus noietur. Preparabo ergo ei neceſſaria. Et ob hanc cauſam ante mortē ſuam omnes p̄parauit impenſas. Uoca uitqȝ ſalomonē filium ſuum ꝛ p̄ce pit vt ędificarȝ domū domino deo iſrael. Dixitqȝ dauid ad ſalomonē Fili mi voluntatis meę fuit vt ędi ficarē domum nomini domini dei mei ſed factus eſt ad me ſermo do mini dicens: Multum ſanguinē effudiſti ꝛ plurima bella bellaſti non poteris ędificare domū nomi meo. tanto effuſo ſanguine coram

chriſtus. — de ſemine tuo.

me. Filius qui naſcereť tibi erit vir quietiſſimus. Faciam em̄ eum req́ eſcere ab oibus inimicis ſuis per

† orietur in diebus eius iuſticia et h. p.

circumitum: ꝛ ob hanc cauſaȝ † pa

ipſe em̄ ē pax noſtra.

cificus vocabitur: ꝛ pacē ꝛ ocium dabo i iſrael cūctis diebus eius.

eccleſiam.

Ipſe ędificabit domū nomi meo:

ipſe inuocabit me pater meus tu. et ego primo

ꝛ ipſe erit mihi i filiū et ego ero ei i

genitū ponā illum.

patrem: firmaboqȝ ſolium regni eius ſuper iſrael i ęternum. Nunc ergo fili mi ſit domi' tecū: ꝛ pſpa re ꝛ ędifica domū domino deo tuo ſicut locutus eſt de te. Det quoqȝ

Dedit ergo da uid ꝛc. In regum ita. Emit ergo dauid are am ꝛ boues argēti ſi clis quīquagīta. Aū autumant hebrei bo ues argēti ſiclis quin quaginta. Aream ve ro ſexcētis aureis eſſe ēptā. Alij aūt eſtimāt areā emptā quīquagī ta ſiclis exprimere lo cuȝ altaris vbi holo cauſta obtulit. aream vero emptā ſexcētis ſi clis eē locū totius tem pli qđ poſtea ſalomō ędificauit ꝛ atria eius

C. XXII.

Ut cōgregarē tur oēs proſeliti et conſti. De ęccle ſia chriſt' artifices do mus ſuę elegit qui i cō ditos mores hoim do larent et polirent vt i ędificatōe ſpūali p di

nerſas iūcturas fidei ꝛ charitatis ſibi cōueni rent. Unde. Propť hoc dolaui i ꝓphetis ꝛ oc. e. i. v. o. m. ꝛc.

Ferrum. Fidei firmitatem ſacris do gmatibus ordīauit: vt itrātes in eccleſiā timo ris aculeis cōfigerent: ꝛ ſic p dilectōis ꝛ ſocie tatis fidē mutuo necte rentur. Un̄. Cōfigeti more t. c. m. Et alibi. Hieruſalem que ędi. vt ci. c. p. ē. i. ꝛc.

Eris. Lectōes ſo noras ꝛ cātica ſpūalia q̄ ſancti patres ad in ſtructōnē ecclę chriſto vero pacifico prepara runt.

Cedrina ligna Uiros virtutibus cla ros quos ad exēplum īſtruxerūt. vel ſcriptu ris ſuis iſeruerunt.

Sidonii et tirii Quia p p̄dicatores q̄ de gētibꝰ electi ſunt ta les viri ad noticiaȝ ec cleſię puenerūt.

Paruulus eſt et delicatus. Tpe veteriſ teſtamēti obſcu ra fuit noticia īcarna tōnis xp̄i. paruuſ quo qȝ numerus fideliū q̄ ſunt mēbra xp̄i.

Preparauit im penſas. Moyſes i penſas domus dn̄i p̄ parauit dicens. Diſrl quid dn̄s deus tu' pe tit a te niſi vt timeas dn̄m deū tuū ꝛ ābuleſ ī vijs eius ꝛc. ꝛ alijs ſi milibus.

Multū ſangui nē fudiſti. Signifi cat iudeos ꝓpter car nalē legis obſeruātiā ꝛ ſanguinolenta opa ñ poſſe ſpūale ędificiū dn̄o preparare. Uel q: pollutas man' ha bebāt ſanguīe chriſti et prophetarū. Und' Hieruſalē quę occidiſ ꝓphetas ꝛ lapidaſ eoſ q̄ ad te miſſi ſunt ꝛc.

Auri. Patres veteris teſtamenti in ſcripturis ſuis ſenſus ꝓfunditatem et eloquij vetuſtatem inſerebant.

Talentorum. Talentū ceteris pręcellit ponderibꝫ et rei magnitudinem et ꝑfectionem ſignificat.

Artifices. Prędicatores qui lathomi cementarij ꝛ artifices lignorum ꝛ multis alijs modis dicūtur: qꝛ iuxta qualitatē auditorū formatur doctrina prędicatorū. Aliter enī ſapientes: aliter inſipientes. aliter ſuꝑbi. aliter hūiles docendi ſunt.

Pręcepit quoqꝫ dauid cunc. p. vt adiu. Significat legē ꝛ ꝓphas firma auctoritate docere. vbi q̄ ſancitate et virtute in eccleſia principant̄ ad iuuent veꝝ ſalomonē in ędificio eius. docendo. ſ. ꝛ opando. Vnd̄ adorate dn̄m in atrio ſancto eius.

Sanctuarium. Anima iuſti ſedes ē ſapiētię. in hac domo requieſcit arca. i. fides incarnationis chriſti.

C. XXIII. Igitur dauid ſenex. Poſt completionem veteris teſtamēti ſucceſſit incarnatio ſaluatoris cuius regni non erit finis. Vn̄ vbi venit plenitudo tem. m. d. f. ſ.

tibi dn̄s prudentiā ꝛ ſenſum. vt regere poſſis iſrael: ꝛ cuſtodire legez domini dei tui. Tūc enī proficere poteris ſi cuſtodieris mandata et iudicia: quę pręcepit dn̄s moyſi vt doceret iſrael. Confortare viriliter age: ne timeas neqꝫ paueas. Ecce

† ſ pauꝑtatem legalis littere ſignificat. lex enī habens vmbrā futuroꝝ nihil ad ꝑfectum adduxit.

ego in † paupertaticula mea ꝑpara ui impenſas domus dn̄i. Auri ta-

† ſ in ꝑfectis numeris perfectio deſignatur.

lenta † centum milia. ꝛ argēti mille

† ſ qꝛ diuinoꝝ teſtimonioꝝ firmitas ineſtimabilis ē. vnde: celum ꝛ terra tranſibunt verba autem mea non tranſibunt.

milia talentoꝝ. † Eris vero et ferri non eſt pondus: vincitur enim

ſ mente elatos.

numerus magnitudine. Ligna et

ſ duricia lapideos.

lapides pręparaui: ad vniuerſa impendia. Habes quoqꝫ plurimos artifices. lathomos ꝛ cemētarios artificeſqꝫ lignorū. et omniū artiū ad faciendū opus prudētiſſimos. in auro ꝛ argento ęre ꝛ ferro: cuius non eſt numerus. Surge igitur et fac: ꝛ erit dn̄s tecū. Pręcepit quoqꝫ dauid cunctis principibus iſrl̄ vt adiuuarent ſalomonē filiū ſuū. Cernitis inquiens qꝫ dn̄s deꝰ veſter vobiſcū ſit. ꝛ dederit vobis requiem per circūitum. et tradiderit

ſ vel nos. ſ vel tras.

omnes in manu veſtra: ꝛ ſubiecta ſit terra corā dn̄o ꝛ coram populo eius. Prębete igitur corda veſtra

ſ alias vt.

ꝛ animas veſtras: ꝛ quęratis dn̄m deū veſtrum. Et conſurgite ꝛ ędifi

ſ templū domini ſanctū eſt. qd̄ eſtis vos.

cate ſanctuarium dn̄o deo: vt introducatur arca fęderis domi ꝛ vaſa dn̄o conſecrata in domū quę ędificatur nomini domini.

C. XXIII.

IGitur dauid ſenex ꝛ plenus dierum conſtituit ſalomonē filium ſuū ſu-

† ſ ſinguli ordines diuerſoꝝ officioꝝ ad chriſti cōgregantur officium.

per iſrael. Et † cōgregauit oēs principes iſrael: et ſacerdotes atqꝫ leuitas. Numerati ſunt leuitę a viginti annis et ſupra: et inuēta ſunt triginta octo milia viroꝝ. Ex his electi ſunt et diſtributi in miniſteriū domus domini vigiti quattuor milia. Prępoſitorū aūt et iudicū ſex mi

† ſ qui et ianitoris vel pſalte officium digne vult agere: euangelicam doctrinā debet cuſtodire.

lia. Porro quattuor milia † ianitores. ꝛ totidē pſaltes canētes dn̄o in organis quę fecerat ad canēdū. Et diſtribuit eos dauid ꝑ vices filiorum leui: Gerſon videlicet ꝛ caath ꝛ merari. Filij gerſon ꝛ leedan ꝛ ſemei. Filij leedan principes iehibel ꝛ zethan ꝛ iobel tres. Filij ſemei ſalomith ozziel ꝛ aran. Tres iſti principes. familiarum leedan. Porro filij ſemei. leeth. et ziza et iaus. ꝛ baria. Iſti filij ſemei quattuor. Erat autē leeth prior. ziza ſecundus. Porro iaus ꝛ baria non habuerūt plurimos filios: ꝛ idcirco in vna familia vnaqꝫ domo cōputati ſunt. Filij caath amrā ꝛ yſaar hebron ꝛ ozihel quattuor. Filij

ſ chriſtus. † ſ accēdens per ſemetipſū ad deū ſemꝑ veniēs vt interpellat pro nobis.

amrā aaron et moyſes. † Separatus

ſ chriſtus. ſ qꝛ ſolus ſine peccato.

† ſ quia penetrauit celos.

qꝫ ē aarō vt miſtraret in † ſancta ſan

ſ membra chriſti.

ctoꝝ ipſe ꝛ filij eius in ſempiternū

† ſ oratōnis. ſ. vnde: dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.

ꝛ adoleret † incenſum dn̄o ſcd̄m ritum ſuū: ac benediceret nomini ei

† ſ qꝛ plures de priori populo ad eccleſiaſticum pertinent ſacerdotium.

us in ſempiternū. † Moyſi quoqꝫ hominis dei filij annumerati ſunt ī tribu leui. Filij quoqꝫ moyſi gerſan et eliezer. Filij gerſan ſubuhel primus. Fuerunt aūt filij eliezer: roobia primus: et nō erant eliezer filij alij. Porro filij roobia multi-

Numerati ſūt leuitę. Qui miſterio domini fungūtur fidē ſanctę trinitatis ꝛ mandatorū impletionē ſeruare debent. Vn̄ inuēta ſunt trigintaocto milia viroꝝ. Quiſquis enim ſana fide et recto ope vſqꝫ ad finem deo ſeruit. ꝛ ad reſurrectōis gratiaz ꝛ beatitudinez ęternaz q̄ in octonario ſignantur ꝑueniet.

Viginti quattuor milia. Quia veri miniſtri lucis debēt inſtare. ꝛ a via iuſticie nō declinare. Nam viginti quattuor horis totus per circulum orbis illuſtratur: et tenebrarum vmbra pellitur. Vnde ſeptuaginta duo diſcipuli ad ꝑdicandū miſſi. quia fides ſanctę trinitatis cū opibus lucis ad iuſticiaz ſufficit. ter enī viceni ꝛ quater terni ſeptuaginta duo fiunt. Quo numero linguarū diuerſitas ꝛ librorū vtriuſqꝫ t. ſeries cōprehenditur.

Prepoſitoruz aūt et iu. Quia nemo huius ordis dignitatem appetere debet. niſi qui ꝑfectioni ꝛ doctrinę ſuadz. Senario enim numero mundus factus ē. ꝛ homo ſexto die creatus. qua et redemptus eſt.

Et diſtribuit eos dauid. Qꝛ lex et prophetę his q̄ aſſumpti ſunt ꝑ gratiā. ꝛ additi numero fideliū. ſanctę trinitatis fidem et virtutū executōem inſinuant. Leui enī interpretatur additꝰ vel aſſumptus. Gerſon aduena ibi vel eiectio eoꝝ. Caath molares dētes vel patiētes. Merari amaricans vel amaritudo. Qui enī ꝑ gratiā aſſūptus eſt ꝛ additus fidelibus: eijcere debet omnem vicioꝝ īmundiciā vt fiat ꝓpha aduena ꝛ ꝑegrinus deinde moralitatis diſcretionē habeat. et quadriga virtutum vitā ſuaz ad cęleſtia ꝑuehat. quę ſunt prudentia. iuſticia. fortitudo. tꝑantia ꝛ patienter toleret oīa amarus et iratus peccatis ſuis.

plicati ſunt nimis. Filij yſaar ſalo-
mith primus. Filij hebron ierian
primus. amarias ſecundus. iazi-
hel tercius. iechmaan quart⁹. Filij
ozihel micha prim⁹. ieſia ſecūdus
Filij merari mooli ⁊ muſi. Filij mo
oli: eleazar ⁊ cis. Mortuus ē aūt
eleazar: ⁊ nō habuit filios ſed fili-
as. Acceperuntq; eas filij cis fra-
tres earū. Filij muſi. mooli ⁊ eder
⁊ hierimuth tres. Hij filij leui i co
gnationibus ⁊ familijs ſuis: prin
cipes p vices ⁊ numerū capitū ſin
† ſ qui in domo domini miſtrant decalogum in duobus preceptis charitatis debēt ſeruare. ⁊ ſcdz ea officium gerere.
gulorum: qui† faciebāt opa mini
ſterij domus dñi a viginti annis
⁊ ſupra. Dixit eni dauid: Requiez
dedit dñs deus iſrael populo ſuo
⁊ habitationem hieruſalez vſq; in
eternū. Nec erit officiū leuitarū. vt
vltra portent tabernaculū ⁊ omīa
vaſa eius ad miniſtrandū. Iuxta
precepta quoq; dauid nouiſſima
ſupputabitur numerus filiorz leui
a viginti annis ⁊ ſupra: et erūt ſub
manu filiorū aaron in cultu dom⁹
† ſ veſtibulū dictū eo q veſtiat fores templi vel cuiuſlibet edificij.
domini† in ueſtibulis ⁊ in exedris
⁊ in loco purificatōnis. ⁊ i ſanctua
rio ⁊ i uniuerſis operibus miniſte
rij templi dñi. Sacerdotes āt ſup
panes propoſitionis ⁊ ad ſitē ſacri
ficium: ⁊ ad lagana ⁊ azima ⁊ ſarta
ginem ⁊ ad feruentē ſimilam. ⁊ ad
torrendū. ⁊ ſuper omne pondus
ſ ſacerdotes predicta faciunt.
atq; menſuraz. Leuite vero vt ſtēt
ſ mane ⁊ veſpere fiebat iuge ſacrificium.
mane ad confitendū ⁊ canendum
† ſ ſic miniſtri eccleſie debēt ſemper ⁊ vbiq; deū laudare.
dño.† Similiterq; ad ueſperam tā
in oblatiōe holocauſtorum dñi q;
in ſabbatis ⁊ kalēdis ⁊ ſolennita
tibus reliquis iuxta numez ⁊ ceri
monias vniuſcuiuſq; rei iugit co-
ram dño: ⁊ cuſtodiant obſeruatio
nes tabernaculi federis ⁊ ritū ſan
ctuarij. ⁊ obſeruationē filiorz aarō
fratrum ſuorum. vt miniſtrent in
domo domini.

¶ C. XXIIII.

